



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Deus iudex iustus & fortis & patie[n]s, nunq[uo]d irascet[ur] p[er] singulos
dies?

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

etiam autoritate domini niteretur pbare, recte Dauid expulsus, & Absalom
ingressum quo ostendat, q̄ solcant se prauicordes specioso furo honestare, &
rectos corde uituperare: praesertim accedente populi plausu.

Deus iudex iustus & fortis & patiens, nunqd irascet p̄ singulos dies?

Aliter in hebræo habetur. Deus iudex iustus & fortis, indignas tota die. Et
quod fortis dicitur, nomē dei est q̄d. El sonat, ut rectius diceret: Deus iudex
iustus, & deus indignator tota die. Quare & patiens superadditum est. Quasi
tuum, nunqd, cum usitata distinctione uersus, interpretis est, nō textus.

Ad eo autem profecti spes Dauid in tentatione ista, ut iam non solum non
dubiter se exauditum & liberandum, sed etiam aduersarios moneat timere iu-
diciū & uindictam dei: Deinde denunciet eis in caput eorum uentura quæ
cumq; in ipsum machinati sunt. Et q̄ quis hæc post tērationem ceciderit, ut pos-
sit uideri, ex euentu ipso suæ tribulationis doctus, tribulatis solatium, & tribu-
lantibus iram proponere, aliosq; suo exemplo, & suorum aduersariorum peri-
culo, docere, tamen credendum in ipsa re media, nec enim unq̄ de deo desperauit,
postea hoc carmine in publicum traderet: Nec enim unq̄ de deo desperauit,
ideo cognouit fore, ut inimicis suis ista euenirēt. Sicut & modo & semper qui
liber iustus uidens impios iniqui in iusticiam grassari, cum fiducia & cogitat
& dicit, deum quem iustum iudicem cognoscit, hæc nō passurum. Sicut dicit
psal. ix. Patientia pauperum non peribit in finem. Atq; id nō obscure indicat, ^{Quare Dauid}
quando in eadem historia Dauid tā sollicitē mādabat, ut seruaret sibi puerum ^{Absalō serua}
Absalom, scilicet sciens & metuens ne in caput eius malum redundaret, sicut ^{ri mādabat.}
& contigit, & hīc omnibus illius imitatoribus prædicit.

Audiamus ergo cōcionatorem aduersarijs impijs quæ p̄nunciet pia sollici-
tudine cupiens eos a periculis eruere, & uere bonum pro malo reddens. Hoc
scitote, inquit, deus iudex est, sed iustus, nullius respicit personā, nec multitu-
dine mouetur, nec hominum laude fallitur, nec specie capitur, nec fauore mu-
tatur, nec munere corrumpitur. His enī homines reddūtur non solū iniusti iu-
dices, sed etiam iusti iudicis dei cōtempores, dum placere hoibus satis esse pu-
rant. Rursum, nō damnat p̄pter homines solitariū, uituperatum, maledictum,
oppressum, pauperem, & contemptum. Breuiter, uel hoc solum uerbū (Deus
iudex iustus) potens est, si digne p̄setur, humiles consolari, & sup̄bos terrere,
quod in Christo patiēre multū ualuisse, Petrus, j. Pe. ij. restatur, dicens: Trade
bat autē iuste iudicanti. Qui enī hoc uerbum cogitat, facile ponit uindictam,
quin miseretur aduersariorum quoq; q̄ in dei iudiciū incurrant.

Et fortis indignatur tota die, id est, assidue, ne putetis impij propitium esse
uobis deum, quia eleuamini & potentes estis in iniquitate: Scitote & credite,
aliter habet, q̄ apparet, deus iratus est, derestatur uos, indignatur, commina-
tur (hæc enim omnia hebræum uerbum significare dicunt) quotidie. Hæc ne-
cessario impijs dicuntur, quia non sentiunt iram, nec credunt, nec timent.
Verba enim sp̄iritus sunt annuntiata de re absente, & nō apparente, per fidem
apprehendenda. Nostra translatio uidetur omnia inuertere, priorē partem ad
impios, & posteriorem ad pios aprans. Nam iustum ac patientem deum intel-
ligimus super malos terēdos, non autem irasci per singulos dies super bonos
consolandos: luxta illud psalmi. cij. Non imperpetuum irascetur, neq; inater-
num comminabitur. Et. xxxvj. Et non dabit in aeternum fluctuationem iusto.
Sed hebræus aptius concordat sequentibus.